Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Rosalia V. S. Moyses Proph. [...] Candida 4. Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

1.S.Roſalia V. Filia Sinibaldi Roſarum & Quiſquinæ in Sicilia principis, Carolo Magno Imp. cognata, pro Chriſti amore principatum aulamque fugiens in montibus ac ſpeluncis ſolitaria cæleſtem vitam duxit Corpus eius à SS. Angelis conditum in marmore in criſtallo, qui circum circa increverat ſub Vrbano VIII. revelatum Siciliam peſte liberauit.

2.S.Moyſes Propheta & ipſe montibus aſſuetus, inter SS. eminet vti mons Dei Veſpillonem non hominem ſed Deum meruit obtinere, cui etiam in monte cum clarificaretur vna cum Elia, quaſi redivivus affuit miniſter veteris Legis.

3 S.Candida Neapolitana, duplex eſt Sancta, altera Senior tempore Apoſtolorum floruit B. Petro deuota vidua, altera ſub An. Dni 532. nunquam otioſa ſeſe pro filij & mariti ſalute, devouit, placuit Deo pietas.

S.Roſalia V S.Moyſes Proph.
S.Candida 4.Sept.

Fuga Diſcordiæ.

Quisquis ſeminando jurgia dilectionem proximorum perimit, hoſti Dei familiarius ſeruit. Gregorius.

Præſta quæſumus Omnipotens Deus vt qui B.Roſaliæ V. (B.Moyſis Prophetæ: B. Candidæ) commemoratione gaudemus eius interceſſione in tui nominis amore creſcamus per D.N.I.&c.

Ora pro Magiſtratu &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN